



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Materia sacrame[n]ti ext. vunctionis. c. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307


De sacramento extremæ unctionis.

107

ex speciali privilegio ad diuina admittuntur, non possunt in qua-
tor diebus privilegiatis communicare; nec etiam clerci inter-
dicti possunt communicare; si autem non sunt interdicti, possunt.
Citè panis, et fructus oliue, et huiusmodi possunt secrete bene-
dici, et dari clericis, et laicis: in festis vero privilegiatis possunt
publice benedici, et dari. **I**tem benedictio sponsorum potest sie-
nun die aliquo privilegiatorum in alijs aut non. **C**itè non po-
test fieri aliquid officium mulieribus post partum, nisi in die-
bus privilegiatis. **C**item fieri potest benedictio mense pre-
sentibus secularibus: cum non sit de horis canonicis, nee com-
petat ratione alicuius ordinis: potest enim laicus hoc facere.

Cfinis quartus tractatus libri Sacerdotalis
de Sacramento Eucharistie.

Incepit quintus tractatus prime partis libri Sacerdotalis.
De sacramento extremæ unctionis, et eius annexis, et conse-
quentibus. De materia, forma, ministro, effectu
sacramenti extreme unctionis, et quibus cor-
poris partibus dari debeat, et an
debeat iterari. Cap. 1.



Extrême unctionis sacramen-
tum debet dari laborantibus
in extremis. Et istud sacramentum
inducit mundationem a peccatis.
Circa quod plura aduertenda
sunt, videlicet,
Materia, Minister,
Forma, Effectus,
Quibus dari debeat,

Quibus corporis partibus, Et an possit reiterari.

CMateria sacramenti extremæ unctionis, que fit. Cap. 2.

Materia huius sacri est oleum olivarum, et non aliud oleum,
ab epo prius sanctificatum, et benedicatum: Quod sacra-
mentum Christus instituit qm apostolos ad prædicandum missos do-
cuit oleo ungere infirmos. Marc. 6. Et beatus Jacobus in ca-
nonica sua, c. c. dicit: Infirmitur quis in vobis, inducat presby-
teros ecclesie; et orent super eum, ungentes eum oleo sancto.

D 3 Et

De sacramento extreme unctionis

Et tale oleum vocatur Oleum infirmorum, non cathecumenum. Unde diligenter aduertat sacerdos, ne unum pro alio ministretur de Sacra unct. c. Unctio. Et si errore hoc fecerit, debet caute suppleri per sacerdotem. de Sacramentis iterandis vel non. cap. viii fine.

C Forma huius sacramenti, que sit. Cap. 3.

Horma huius sacramenti sunt verba, que profert sacerdos quando inungit infirmum. Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulget tibi Deus quicquid deliquisti per visum, per auditum tecum. Et licet varie sint formae huius sacramenti, tamen melius est uti forma S. Romae Ecclesie, que est mater et magistra aliarum ecclesiarum. **E**x concilio Florentino. Forma sacramenti extreme unctionis hec est: Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulget tibi dominus quicquid deliquisti per visum, similiter in alijs mebris.

C Minister huius sacramenti quis sit. Cap. 4.

Minister huius sacramenti est solus Sacerdos, et non alius. Quod patet in predicta auctoritate sancti Jacobi. cap. vbi ait, Inducat presbyteros et c. 25. dist. 5. Sed queritur, et consequen. Nec est de necessitate, quod sint plures sacerdotes presentes, sed unus solus cum clero potest sacramentum conferre. De verbo significativa, que fuit. Si tamen sint plures sacerdotes melius est. Et ille qui inungit, debet dicere verba, et ceteri respondere, et assistere, et pro infirmo orare.

C De effectibus huius sacramenti. Cap. 5.

Effectus huius sacramenti est multiplex. **P**rimus est consolidatio spiritualis debilitatis per peccatum inducit. Dicit enim S. Tho. q. talis unctio dicitur que daz spiritualis sanatio, quia datur contra quandam inhabilitatem, vel ineptitudinem, que in nobis remanserunt ex peccato actuali, vel originali; vel venialium peccatorum remissio. **S**ecundus effectus est sanitas corporalis, si divina sapientia id non erit in infirmo utile expedire. **T**ertius est: quia per istud sacramentum remittuntur peccata venialia et mortalia, que ignorat: ut in eadem auctoritate beati Jacobi. Et si in peccatis fuerit dimittentur ei. Jacob. 5. **Q**uartus est diminutio penae peccato mortali debitis. **Q**uintus est gratiae augmentum, que in hoc sacro confertur et augatur.